

81.

A. M. S.
DISSERTATIO GRADUALIS,

DE

FRANCISCI I. GALLIÆ REG. LITERAS^{IN} MERITIS.

QVAM,

SUFFRAGANTE AMPLISS. FACULTATE PHILOSOPH. IN
REGIA ACADEMIA ABOENSI,
PRÆSIDE
VIRO CL.

D. ALGOOTHO A.
SCARIN,

HIST. ET PHIL. MOR. PROF. REG. ET ORD.
PUBLICO EXAMINI SUBJICIT,

CAROLUS DAVID DONNER
CALMARIENSIS.

DIE NOVEMB. AN. CCCCCXLIV.
LOCO HORISQVE SOLITIS.

ABOÆ, EXCUD. JOH. KIÆMPE, REG. ACAD. TYP.

S:æ R:æ M:tis.

REGNIQUE SPECIA

SUMMÆ FIDEI VIRO,

ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO

BARONI ac DOMINO

DN. GEORG. BOGIS- LAO STAEL VON HOLSTEIN

MILITÆ GENERALI LOCUM TENENTI, SUPRE-
MO ARCIS CALMARIENSIS PRÆFECTO:

NEC NON

PROVINCIÆ EJUSDEM GUBERNATORI
ÆQVISSIMO, INDULGENTISSIMO,

MÆCENATI SUMMO,

Cum PRINCIPIS per orbem LITERARIUM maximis,
eiusdemque FRANCIAE Regis FRANCISCI I. fa-

miliæ

edicatione sua prima ab initio Cl. Dn. Cl. Franciscum
Principem per orbem literarum maximum appellat. Cui
um est, orbem literarum nullus agnoscere. Principes; omnis ibi
Democratice obtinere. Speciem, nisi veritati, soliu-

miliae memet militis que addixerim, magna me spes tenet,
fore, ut quā sequanitatem JUDICII, ornamenta virtutis,
sapientiam, & fastigio supremo dignam prudentiam, fortitu-
dinemque tanti REGIS multo ante suspexisti, eadem VO-
LUNTATIS quoque inclinatione hospitium mibi indu'ges DO-
MINI mei in alteruero regno decora gloriose perferenti,
eademq[ue] ILLUSTRI NOMINI TUO, q[ua] par est pietate,
despondenti. Expertae VIRIUS & FIDEI pignora, q[ui]ibus PA-
TRIAM cumulastis; excelsum & studiis mirifice deditum in-
genium TUUM; & denique beneficia paternae domus mi-
bique praestita, pro ut pleno jure a me exigunt, ut hoc con-
siderato padimonio, cum alio non possim, venerabundam de-
clarem mentem; ita prejudicio temerario buic etiam, q[ui]a
debito atque devoto, facilem pollicentur veniam. DEUM
immortalem precor, semperque precabor ut TE, ILLU-
STRISSE & GENEROSISSIME DOMINE, TIL-
AMque primariae nobilitatis, atque virtutis CONJUGEM,
omni prospexitatis genere auges, cumulet, coronet!

inf. I. Principatus in orbe literario quanta clama parat, patet ex temp.
ILLUSTRISSIMI NOMINIS TUI
ristotelio Scholastici. Qutabatur tam Aristoteles ex huius omniu-
sientiam, et illum velut principem et doctm, omnes sequebantur; sed
bant simul foedam faciem omnes scientia, et earum invenientia e-
nulla, quod ipse met. Cl. Dn. Pand. depingit. P. I.
E quis ergo clarius exponenda meas. id certum est, principem, dum consideratu-
mus reipublica literaria, exire principis personam, et principis civi-
tatis ignorare oram literariam omnes principes. Habet respubl-
ica Collegiorum indolem. ut ergo Principes, dum ^{Devotissimus aliens} Collégii aliquis sit
nulla prerogativa pra subditis suis gaudet, sed cum illis est
ibit etiam beci fieri existimo.

CAROLUS DAVID DONNER

Admodum reverendis
DOMINIS

Collegii ecclesiastici Calmariensis *ADSESSORIBUS*
 olim *PRÆCEPTORIBUS*, iam *FAUTORIBUS & PROMOTO-*
verentia æter-

VIRO

Amplissimo & consultissimo,

**D_{N.} THOMÆ
PLOMGREN,**

Academiae Regiae Scientiarum *MEMBRO*, *SENATORI*
honorario & MERCATORI Holmensi laudatissimo,
PATRONO MAGNO.

VIRO

Spectatissimo atque prudentia summa

**D_{N.} ANDREÆ
PLOMGREN,**

Civi & *MERCATORI* urbis Holmensis dexterissimo,
FAUTORI optimo.

atque praeclarissimis,

MAGISTRIS,

gravissimis, regii gymnaſi LECTORIBUS dignissimis,
RIBUS benignissimis, certissimis, devota animi re-
num colendis.

VIRO

Consultissimo probataque integritatis & fidei,

DN. CASPARO HOPPENSTEDT,

Politiae CONSULI & MERCATORI apud Calmarien-
ses longe dexterrimo,

PATRONO OPTIMO.

VIRO

Spectatissimo & prudentissimo,

DN. JOHANNI FAHLBERG,

Civi & MERCATORI Calmariensium honestissi-
mo, FAUTORI benignissimo.

DISSE^TATIONIS SYNOPSIS.

Prætatio viam ad institutum pandit, adducendo exemptis principum literis illustris, & indolem philosophiae regiae delineando.

- §. I. Francisci juventutis tempora, & statum literarum illo aëvo, considerat.
- §. II. Regiam ejus indolem & in literas favorem represe-
nat, nec non varia ab illo condita instituta, promovendae
est literariac conducentia.
- §. III. Religionem Francisci meminit, & an bona fide pro-
testantibus favorit, disqvirit.
- §. IV. de fædere ejus cum Muselmanno, & ejus moralita-
te agit.
- §. V. De captivitate Regis Hispanica fideque, quam
captivus dederat, a libero & soluto violata agit.
- §. VI. Controversiam Ramisticam, & Francisci in illa, par-
tes excutit.
- §. VII. Favorem ejus in literatos pluribus persequitur.
- §. VIII. Virtutes ejus alias dignis prosequitur encomiis.
- §. IX. Quid in singulis vitæ partibus laudabiliter,
quid secus gesserint præcipes sui aëvi maximi Carolus
atque Franciscus, comparatione inter utrumque insitu-
ta, breviter & summatis perstringit.

PRÆFATIO,

QVeritur non simplici vice *BACONIS de VERULAMIO*, Angliæ *Cancellarius* (a), idemque *stator & instaurator literarum superioris seculi princeps* (b), quod *historici*, cum fastuose nimis describant Regum res gestas, “*bella & inde insequa mala*; *velut langvida nimis evitent ea*, *qvæ faciunt tranquillitatem publi*.“ *cam*, & vix primoribus digitis attingant *princi*.“ *pum vitam*, *eorum in literas merita & bonas leges ab illis latas*; *qvæ tamen societatis civilis felicitatem maximè absolvunt*. Et certè si a *Romanis* discolleris, qui mira arte & varietate statum reipublicæ suæ non externum modo, sed & internum delineant, personas in theatro & proscenio *principes vivis* exprimendo coloribus; de plerisque aliarum gentium historicis admodum vera hæc magni *Baconis* querela est censenda. Qvam necessarium verò sit *historico*, ad pacis artes, earumque sub principe formam atque conditionem attendere, qvantumque ad civitatis florem & felicitatem conferat *princeps eruditionis amans*, idemque eruditorum fautor, id in limine exponere lubet, cum de *meritis in literas Gallie regis FRANCISCI I.* bono cum DEO & fa-

& favente *Lectore*, paucis agere constituimus. Exemplis vero id ipsum in hac ad *Auram* bonarum mentium officina, operose evincere, non nostri loci erit, postqvam factum sit illud a nobis jam antea, cum *merita in rem literariam*, *CAROLI V.* Imperatoris, in illo qvod ad *Salam* floret Mularum delubro, haud ita pridem tabulae censoriae inscriberiaus. Addi ceteris ibi enumeratis potest & debet, suo summo merito, imperator *M. AUR. ANTONINUS philosophus*, qui a pueritia bonis artibus ita incubuit, ut corpus inde infirmum reportaret: qviqve tanto honore *philosophos* præceptores suos est prosequutus, ut cognomen eorum etiam assumeret, imagines aureas in larario constitueret, & sepulcra eorum hostiis floribusqve ornaret. qui denique tantum ex studiis utrum fructum reportavit, ut in *publici boni* prudentia, sapientia, clementia, & reliquis virtutibus principe dignis, illo vix alter major fuerit inter imperatores (c). Inde *ALPHONSI V. Aragonie* regem ob eruditionem, & ex illo penu derivatam sapientiam & prudentiam, neque satis laudare possunt historici. Hic consiliarios mortuos vivis prætulit, & interrogatus: *utri rei plus d beret: libris ne an armis?* Ex libris se & arina & armorum jera didicisse, liberè & prom' est professus (d) Tantum enim animadvertis fructum esse bonarum artium, ut illis accepta ferret omnia. Nec *JACOBUS anglie* rex suis in rem literariam meritis id egit, ut in catalogo literatorum principum, sine præconio

3

conio transmittatur. Hic enim institutus a *GEORG. BUCHANANO*, quamvis eousque incumbere bonis literis, ut ipse quoque libris pluribus conscribendis vacaret, usque adeo tamen non neglexit, sed potius provexit regni prudentiam suam, ut potuerit in parlamento gloriari: *neminem esse pauperem inter suos, nisi qui laborare non vell* (e). Est adhuc in recenti orbis admiratione, imperatoris & magni ducis *Moscovie PETRI I.* ejusdemque academiæ scientiarum Parisiensis socii, propensio in literas. Celebratur ore omnium ejus in iis scientiis peritia & experientia quoque, quæ immediatum habent influxum in civitatem: quantas & quam longinquas peregrinationes ille suscepit, quantos sumtus fecerit ad promovenda imperii istius commoda & polliendam nationem, ante fatis barbaram: quam rebus supra votum fluentibus, ista omnia peregerit, ignorare nemo potest. *Absurdius genus hominum ego novi nullum, quam qui eruditione & bonis literis emolliri atque resolvi principum ingenia opinantur.* cum tamen illa studiorum natura sit, ut nativam hominis indolem perficiant, & instrumenta ad omnem usum reposita sufficient omnibus, qui cum laude in republica versari velint. Præser-tim neminem magis decet, vel meliora scire, vel plura, quam principem, cuius doctrina omnibus potest prodeste subjectis (f). Connata egregia indoles & expers adminiculi hujus, experientia sola non possunt perfectum sistere nobis principem. Sed fulgen-

coa inr je confero, deprehendo illa ee, vel plane sibi invicem contraria, du
negat fidem ad hibendum ministri, sed libri, et postea confirmat
mentam ~~et~~ sanam cognitionem; vel potius, quam mentem crediderim et
dixi, quan*tissimus* is evadet, si natura virtutes ejus ge-
a sequuntur, nuerit, eruditio & doctrinae confirmatio nutriverit.
~~et~~ intelligit per Marcessit natura, nisi cultura accesserit, & car-
minis pro*sta* da atque misterima illa est prudentia, qvæ non ni-
i*os*, quo*re* si usu colligitur & diutina rerum experientia. Cum
principi*e* ergo prudentia sit potissima imperantium virtus,
agent*et* certe studia literarum, commodissimum ejusdem
co videtur ~~per docto~~ conquirendæ instrumentum, iisdem subterhi nullo
enident*re*, modo debet. Abs libris opus habeat principes ad-
oy non al discere veritatem rerum & negotiorum, qvam
uij mu*n* ministri plerumque occultant. Majestatis jura, cer-
tus, a quæ circa pacem, bellum, ecclesiam, & in aliis rebus
en hau*n*arduis, absq*ue* præsidio literario non poterunt exer-
Principi*ceri*. Cum vero non scholæ & pulveri imperato-
diderim *U*bia indoles efformanda sit, & *p*hilosophia regis a vul-
gari *phi*losophia immane quantum discrepet, & non
mettere promiscue omnibus studiis immorari decet princi-
m *Indit**em*. Illa studia, qvæ oblectamenti plus & utilitatis
enam n*on* minus adferunt, qvæ hominem unicè contemplato-
spicio, ho*r*um operum divinorum, spectatorem plurium mun-
dorum, & si meliores appareant, eorundem
cur ma*cum* Alexandro domitorem, facere velle videntur,
Politici*s* secure ignorare potest princeps. Verum iis se literis
sibi *J*ugotum tradat, qvæ in actionem mediate vel im-
di enint mediate deduci possunt, & ad bene imperandum
alto ve*to* manuducunt. De reliquis a viris doctis & pru-
ore, melio*re* dentibus, qvos semper circa se habeat prudens prin-
cipes, tantum haurire potest, quantum sufficit. Post
venm. NUMINIS tenum, officiorum, & proprii regni accu-
n*inr* Politici*s* eque ficeri reperiuntur ac i*inr* erudit*ratam*
i enim tuto uter*z* producit. Q*z* uter*z* artibus omnibus p*re*dicti*j*
ut*z* favorem. Principi*z* ut auxipientur, dabunt operam, dum

5

ratam cognitionem, peregrè & in alienigenas gentes educendus etiam est princeps, beneficio *geographie*, juxtaqve naturali ac morali considerationi orbis regna subjicienda, præsertim illa, qvæ proprius ditiones eius attingunt. Illustrabit hanc cognitionem *bistoria*, qvæ, populorum res gestas ac mores, coram quasi sistendo prudentiæ adminicula, si qvæ res alia, luculentiora exhibet. Imbuendus p. 22.
simul est oratoria arte is, cuius verba aliquando erunt in bello præcipiendi & pace gubernandi instrumenta, cujusqve vox quælibet vel mandatum erit vel sententia decretoria (g). Sunt vero rhetoricae suffici Regiae illæ palmariæ virtutes, ut sit sermo ejus maiestaticus, brevis, perspicuus, & nativa simplicitate defluens. Qvæ porro ex scientiis philosophicis principi censemur necessariæ, qvænamqve ejus esse debent heroicæ exercitationes & recreations, non nostrum est attingere in præsentia, ne porta, ut in proverbio dicitur, ipso ædificio patentior evadat.

(a) Confer le discours de M. Saint Euremont sur les bistroiens Francois sermon

(b) Confer sis Pufendorf. de origine & progressu disciplin. I. de gratia negotiis

N. § 5.

(c) Christ. Matthiæ theat. bistoricum. p. 556. seq. debere,

(d) Aeneas Sylvius in vita Alphonsi. vagum

(e) Hübner in vita ejus signifi

(f) Strimesii Sw. anmärkningar öfver Livisforne III. p. 87. cum.


(g) Vegetius, praef. Libr. I.

(h) Syeton, Jul. Caesar. Cap. 77.

S. I.

Eniepi, nisi opera Divina compleatur? Quomodo infinitudine obtainere poterit cognitionem, nisi infinitudinem

litterarum divinae non esset nexus, quo mundus accelle-



§. 1.

Non obtigit illa *FRANCISCO* felicitas, ut studiis principe dignis inde ab infantia imbueretur. A *MARIO* romano imperatore ejus non multum dissidebant fata in eo, qvod nullas ab ineunte ætate artes addidicisset; in eo vero major multo *FRANCISCI*, generosiorque indoles, qvod diligere easdem non ipsi quemadmodum *MARIO*, displicuisse, si tulisset occasio institui animo & ad virtutem liberaliter educari (*b*). Scilicet non sua culpa erat, qvod literarum studiis vim insitam doctrina perficere non potuerit. Nascebatur is *Cognaci* 1494 d. 12. Septembris, patre *CAROLO VALESIO*, matre vero *LUDOVICA* de *SUBAUDIA*. Prodiit ergo in lucem infelici ævo illo, qvo barbarie tenebris obvolutæ & quasi veterno torpentes adhuc jacebant disciplinæ omnes. Scholastici tum doctores rerum divinarum humana- rumque scientiam omnem corruperant, barbaricis fordibus etiamdum conspurcabant, & subtilitatibus sterilibus usqve adeo temerebant, ut gratiæ & venustatis nihil scientiis inesset, sed deformem plane faciem repræsentarent. In theologia scripturæ canonem umbratici tum doctores plerumque sepone- bant

7

bant, quæstionibus vero & distinctionibus ineptis &
ridiculis simplicitatem fidei plane pervertebant. Ex
theologia vero, & philosophia morali, jure simul cano-
nico & civili, inter se confusis, mirum moralis do-
ctrinæ, non dicam systema, sed monstrum genu-
runt, concentonarunt. In ceteris philosophie parti-
bus, quas ultra logicam & metaphysicam vix extende-
bant, tricis & subtilitatibus omnia plena, atque i-
bi supra ARISTOTLEM, & ejus commentatores, An-
gelicos doctores & subtilitatum magistros, prout
salutari volebant, quidquam sapere, piaculum ferro
& flamma vindicandum ducebatur. Elegantiores
vero literæ, cumprimis historia civilis & ecclesiastica,
quod mysterii iniqvitatis ortus & progressiones
proderent, excommunicabantur, & penitus ævo illo
ignorabantur. Facile vero apparet, quid sub tali-
bus doctoribus proficere potuerint discentes, & an-
non venales nugæ istæ felicius à vulgo hominum,
magis autem à principe ignorari potuerint. Sed
erat in semente ipsa, ut puta informationis nego-
tio, major alia fundi literarii calamitas illo ævo.
Fuerant apud gentes barbaras literæ jam olim apud
sacerdotes, qui simul imperio fuere præfecti, sal-
tem partem ejus tenebant. Habuerunt illi myste-
ria sua religionis atque scientiarum, inque iis
proponendis obscuris ædes terminis uteban-
tur, ut qui rem perciperet, Oedipus esset. Scilicet
literarum & sententiarum gryphis ludere voluerunt,
ut eo felicius superstitione & fictis religionibus in
obedi-

obedientia continerent populum. Fuit eadem, gen-
tilismo evoluto, ~~status~~ bierarchici in ecclesia ratio.
Censoriam sibi sacrificuli in omnes artes potestatem
arrogavere: ex suo ore omnem veritatem explicati-
onem voluere: & ne quis bonis artibus locus daretur
animis principum, sed iisdem quibus vulgus, supersti-
tionibus, hi quoque oppilarentur, educationibus patriæ,
principiū vero regiae fabolis, hi tese intrulerant,
neque nisi quae ordinarent ipsi, eosdem conducefieri
voluerunt. Præsertim si excitatoris indolis auditi-
oiores aliqui essent, omni modo & artificio eo
adducere tentabant, ut sacris suis ordinibus da-
rent nomina. Circa hos vero alumnos eo ute-
bantur arcano, ut omne rationis lumen in ortu
mox suffocarent, quae vero pietatem utilem spe-
ctarent, & regno Papæ provehendo servirent,
ea, teneris mentibus affatim affunderent (i). Fa-
temur, cum nato FRANCISCO, lucem aliquam tor-
pentibus literis affulsiſſe, sed fuit haec saltē debiliſſis aurora, quae vetat noctem esse, sed non interfic
diem. Aliqui nimirum tum reformatores, tenebrarum
gurgustio & hominum in illâ umbra degentium
cuti ulcerose medicinam facere tentabant; im-
primis illi, qui loquendi & scribendi imperitiam, in
scholis monachorum regnantem, castigare aggressi
tuere. Ciceronianos loquendi modos tollitcitate indaga-
runt, & in jus pristinum civitatis literariæ resti-
tuere cœperunt. Qvod tentamen, ut laude sua il-
lud non est defraudandum, ita facile apparet, pro-

9

vehendis regum studiis , & ad conciliandam regni prudentiam , solum illud non multum adhuc conducere potuisse. Hæc , ex indole temporum , de primâ *FRANCISCI* juventute , non improbabili conjectura dictum volumus. *Historica* fide de juvenilibus curis regis huius amplius nil innotuit , qvam quod , demortuo ante diem parente , Rex *LUDOVICUS XII.* ejus curam gesserit , & per *ARTUUM GOU- FIER* de *BOIST* illum educari curaverit (k).

(b) Sallust *bell. Jugure*. Cap. 85.

(i) Die nobiles terneten rübes , als reiten und schlagen. Gundling: *Hist. Lit. C. IV. seft. II.* p. 1729.

(k) Confer Morery Lexicon.

§. II.

TRANSEAMUS igitur *FRANCISCUM* , a puero , artium , qvæ frugi sunt , nulli irabutum , euinque primum *Engolismæ* comitem , postea ducem *Valesium* , & tandem regem *Galliae* salutemus. Fuit vero *LUDOVICO XII.* , qui orbus filiis decepsit , sangvinis jaure , & postquam filiam ejus natu maximam *CLAU- DIAM* coniugem duxisset , hæres , & in imperio successor datus , anno supra milesum & quingen- tesimum quinto decimo. Unctus vero *Rhemis* erat ab archiepiscopo *ROBERTO* de *LENONCOUR*. Acta sub ejus imperio in bello & pace , intra & extra patriam , qvamvis siat varia fortunæ vicissitudine memorabilia maxime , tamen ne extra oleas divagari velle videamur , eadem omnia sicco nunc pede transire cogimur , & merita ejus in literas prope sola

contemplari. Sed & heic latissimē patens se se nobis pandit campus. Erat enim princeps noster seculo suo major, & ingenii vis in illo altior, quam quæ opprimi penitus oblitararie potuit. hinc quo magis magisqve adolesceret, tanto clarior, & quidem præcipue, postquam rex factus esset, ex nebulis suis emicare illa incepit. Miram etiam, eodem tempore, videbatur fortuna illi obtulisse occasionem, instrumenta veteris eruditionis, lingvam *Grecam* puta *Latinamque*, arripiendi. Accessit nimirum ad illum illius ævi non illiteratus quidam, **JULIUS CAESAR**, qui, paetus secretum, & stipendium bis mille imperialium annuum in beneficiis, promisit, semet mensis unius spatio, & unica hora in illo cuiusvis diei ocio, id acturum, ut græcè & latine, prose & metrice, & que perfectè ac eleganter loqui calleret **FRANCISCUS**, ac **DEMOSTHENES** & **CICERO**, **VIRGILIUS** & **HOMERUS**. Sed nuntius Thraconiaæ scholæ isti, statim post secundam lectio- nem, missus fuit, procul dubio perspecta artis vanitate; numerato tamen doctori frigido & joculare sexcentorum imperialium dono (*1*). Neque inde literas **FRANCISCUS** minoris aestimare cœpit, potius majore, quam antea, h. e. incredibili in illes ardore propendebat. factumque, industria, supra quam credi potest, assidua, ut & multas brevi lingvas intelligerer, principisqve eloquentis ac eruditii nomen & personam cum laude sustineret. Unde de se refert **PET. CASTELLANUS**: *quod vix auderet*

cum illo colloqui , cum raro posset aliqua proferre , qvæ
 non essent antea illi nota . Immo ipse varios conferi-
 psit libros , utpote : *La reponse aux protestans d' Ale-
 magne ; Gallica epistolas , & poēmata DAVIA , librum de
 militari disciplina , & alios .* Instituit præterea in u-
 niversitate Parisina 1530 , ex consilio *JOH. BELLAJI*
 & *GII . BUDDAEI* , collegium celebre professorum (l)
 in omnibus scientiis ; qvi verò præcipue docerent
 lingvas , philosophiam , medicinam & mathesin .
 Constituit postmodum angere numerum pro-
 fessorum horum regitorum , & fundare col-
 legium educandis 600 juvenibus in scientiis &
 pietate verâ , sed morte præventus propositum non
 perfecit . Vix verò nata ante fuerat in *Germania di-*
vina typographiæ ars , qvam *FRANCISCUS* eandem
in Galliam migrare juberet , & recte excoli curaret .
 Lepidas formas literarum græcarum fundi fecit .
 ipse typographias sæpius visitavit , & tanto opus
 ursit ardore , ut qvæ incrementa artis illius in Gal-
 lia essent ævo illo , reliqvis gentibus pudorem iut-
 tunderent . Cumqve aliquando inviteret officinam
ROBERTI STEPHANI , typographi doctissimi , & ab il-
 lo , correctioni intento , expectare juberetur , tan-
 tum absuit , ut moram hanc indigne ferret Rex , ut
 potius *Stephanum* gratiosiorem postea habuerit (m).
 Fuit hoc regiæ facilitatis exemplum , non illo mi-
 nus , qvod *DIOGENI* philosopho exhibuit magnus *A-*
LEXANDER , cum in illius gratiam ex sole discede-
 ret , & glutinandis libris intentum Corinthi , insa-
 lutatum relinqveret , commodioreqve tempore a-
 B 2

lio, illud, quidquid esset officii, Philosopho se exhortare velle ediceret (n). Qvo verò adessent abunde monumenta, digna quæ sub prelo sudarent, & quibus bibliothecam suam regiam & magnificam, quam in Fontebellaque erexerat, locupletaret, nullis percit sumtibus. Antiquorum enim ingenii monumenta ex Italia, Græcia & Asia, magnis præmiis propositis, per viros eruditos conquiri aut describi curavit; inter quos GUILIEL. POSTELLUS, in orientem missus, facile factus est celeberrimus. Domi & in republicā, alia inter prudenter & sapienter gesta, convetudinem, per summam latinæ lingvæ imperitiam, consignandi acta publica, sustulit. Lingua enim latina, quæ in scholis erat misera, barbara & folœca, in tōro magis adhuc horrida contemptiorque apparuit. Ad latinitatem enim sufficere putabant illius ævi leguleji, si vocē Gallicæ terminatio adderetur latina. Cum ergo præses curiæ parlamenti in sententia judiciali pronuntiandâ quādam dixisset: debotamus & debotavimus, id quod Gallice dicitur: avons debouté & debouts, inde occasionem nactus FRANCISCUS barbarum dicendi genus istud abolendi, & ne amplius incestaret curiam justitiæ suam, in posterum prohibendi. Præsertim propendebat FRANCISCUS in historiam naturalem, sed non illam, quæ de materia & formâ faltem abstractè agit; & utrum DEUS materia prima, an verò rerum omnia forma sit habendus, operose disquirit. Quin, quamvis ipse non esset innutritus literis, tantam

tamen sibi rerum naturalium acquisiverat cognitionem, ut sciret omnia, qvæ auctores antiqui & recentiores scripsierint de animalibus, plantis, metallis & lapidibus pretiosis. Hanc verò scientiam hauferat ex conseruudine cum doctis crebro institutâ, eorum auditu atq; discursu. Habuit enim secum semper eruditos unde quaque conquisitos, qvibus cum, uti de rebus qvibuscunq; aliis, qvæ ejus scientiæ & prudentiæ locupletandæ servirent, non gravatè differuit, ita philosophiæ utilissimam partem illam, in vicem condimenti, sibi nunquam non apponi voluit, quoties pranderet, aut alias animum suum à curarum æstu laxare ip̄si voluē esset (e). Fuit hoc in negotio FRANCISCUS MAGNO Loddulus/ regi nostræ non minor, qvi etiam in suam aulam, non luxu affluentem, sed decenti magnificenter & familiæ selectu splendidam, viros ab exteris peritos atque conseruudine literarum conspicuos allexit, arcessivit; qvo nomine cum male audiret apud cives, & qvidem præfertim sanguinis & familiæ suæ consortes Folkungos; utpote qvi, frangi hoc pacto juramentum regium & exteris regni munia tradi causabantur, in hunc tentum respondisse fertur Rex & regna non ignavia, aut ostentatione paternæ gloriae, sed virtute & prudentia gubernari (p).

(e) Refert hoc Alciatus in Epistola.

(ll) Petavii Ration: temp: pare I. p. m. 503.

(m) Casparis Ens Pausilypi p. 221. Lansii consilatio de principatu provinc. Europæ p. m. 255.

(n)

(n) CHRISTINAM augustinam Salmasium Holmiae aegrotantem
convenisse saepius, & quae ad commode recuperandam sa-
nitatem philosopho opus essent, sollicitè providisse, qui vi-
tam Salmasi scripsit, testatum reliquit.

(o) Conf. Lex. Moreri, Baylili, Buddei, sub titulo: Franciscus,
& Gundlingum in historie der gelahrtheit C. IV. part. II. p.
2263. & p. 2332.

(p) Loccenii hist. Sveog. Lib. 3. in vita Waldemari. addae Dis-
put. de Reg. M. Ladulås, p. II. Disputat: de Scara, p. 41.
§. III.

Religionem FRANCISCI qvod concernit, profecto
circumstantiarum magis accuratâ ratione ha-
bitâ, id extra dubium omnino positum videtur, qvod
constanter sedi Papali, externa professione minimum,
addictus vixerit. (*) Certe ita varia & dubia fuit er-
ga Protestantes gratia & favor ejus, ut de ani-
mi sententia, in illo vitæ munere, sententiam fer-
re, videatur esse positum in arduo quam maximè
momentum. Domi, cum non modo in Gallia ejus-
que partibus CALVINUS multos inveniret asseclas,
sed & GERARD. RUFUS, CORALDUS & alii Parisii eu-
angelium libere profiterentur, ferro & flammâ, no-
væ, uti dicebatur, religioni addictos perseqveba-
tur, qvod tamen nonnulli non tam ipsius culpa,
quam sacrificiorum Romanensium, præsertim Ser-
bonistarum & Cardinalis TIURNONIS instincta, tactum
fuisse perhibent (q). Qvo vero Germaniæ princi-
pum amicitia non defraudaretur, omnes & singu-
los qvos perseqveretur, non Reformatos, sed Anaba-
ptistas, proprium spiritum pro verbo venditantes,
& ma-

& magistratum contemptores fuisse, venditavit (r).
 Culpæ vero Regis isti diluendæ, qvam zelotypi pa-
 pistæ effinxerant, CALVINUS institutiones Christianæ
 religionis suas edidit, & prolixa ibidem dedicati-
onem præmissa, FRANCISEI animi magnitudinem &
imperii prudentiam laudavit (s). Interea rex pro-
fessantes in Germania omni favit modo. Rempu-
 blicam Genevensem, nidum qvæsi reformatorum,
 ex præsenti discrimine servavit, qvamvis ringente
 pontificiorum clero, qvi, qvod homines improbi o-
 pinionum suarum venena (verba sunt MURETI (t))
 per populos fidentius spargere potuerint, non nu-
 mini ejusqve verlus inanitatem religionis illorum,
 inflammatae dextræ, sed bello gravi & diurno,
 quo potentissimi Christianorum princeps inter se
 contenderent, in acceptis unice referri voluerunt.
 Ligæ Smalcaldicæ, præsertim initæ in destructionem
 regni tenebrarum, & directè & indirectè officia
 qvævis præstitit. Dicitur ipse animo reformationem
 agitasse, & ideo PHILIP. MELANCHTHONEM, missis
 ad eum literis, ad colloquium invitasse, (u) ne-
 que detrectatam fuisse abs philippo conditionem, ni-
 si inhibuisset elector Saxoniæ (w). Id certum est,
 qvod ad evangelicorum in Germania exemplum,
 sacra biblia in lingvam vernacularm transferri cu-
 raverit, imo GUSTAVO Svethiæ auzusto, mox fœde-
 rato suo, ad idem suæ civitati faciendum, viam
 monstraverit (x). Liberum religionis exercitium fi-
 lius ejus natu secundus, dux aureliacensis qvoqve ob-
 tulisse

tulisse reformatis perhibetur (y). Sed pro ut de promissio hoc eodem non constat, an id factum fuerit sciente & consentiente patre, ita non obsecu-
rè videtur *FRANCISCUS*, in universo hoc negotio aliud re, aliud vero specie simulationis ostentasse. Animo in altitudinem condito, cum posceret sta-
tus ratiō, scenam ex arte adornavit in gratiam protestantium, non quod opem iisdem reapse tulerit,
aut amore religionis ab avitis sacris deflectere pe-
nes se certo certius constituerit, sed ut adversario suo *CAROLO V.* dolorem & molestias crearet (z). Retert *SECKENDORFIUS* (aa) ex *SLEIDANO* & *SPA-*
LATINO, *FRANCISCUM* in conventu Smalcaldico per
oratorem suum *LANGÆUM* non modo operose ex-
cusasse supplicia *Lutheranus* inficta, & obtulisse suam
operam ad procurandum concilium generale: sed
eundem, puta *legatum*, sententiam regis de undecim
articulis ita exposuisse: ut de *Pontifice* tentiret,
eum, iure tantum humano, non divino primatum
obtinere; de *euccharistia*, tententia *Lutheranorum* regi
placeret, ipsius vero theologis non item. In missis
suæ letæ, multa esse absurdæ & ridicula rex con-
cederet, adeoque sanctos & imagines eorum non
esse adorandos, sed pro memoria habendos. Nec
in articulis de purgatorio, bonis operibus, votis monasti-
cis, conjugio sacerdotali & justificatione a sententia re-
formatorum multum discedere regis mentem faslus
est idem orator, cui tantum fidei, quantum sibi, su-
isqve literis haberi voluisse Regem, testis est idem

historiæ Lutheranismi auctor. Ex illa verò confessione regis, & cum nostra ecclesia conspirante formulâ non difficulter qvisque videt eundem vel serio agnovisse ecclesiæ Romanæ errores, & lucis evangelicæ radium illi affulisse; vel etiam contra conscientiam blanditum fuisse illis, simulatione nefanda, qvos pro hæreticis haberet; vel denique cleri importunitati & populi furori cessisse, ut bene destinata non ausus fuerit effectui dare. Unde etiam, metu arctioris, inter FRANCISCUM & principes protestantes unionis, mitius cum his agere cogebatur CAROLUS. Veneramur nos heic divinam providentiam, qvæ mutuis horum principum odiis eo ulla est, ut rehata & in cunis vagiens ejus ecclesia posset debilem ducere spiritum, & vires sibi colligere, qvibus valeret septemcipiti draconi obviam ire.

(*) Superstitionem Papisticam minimum redolet fictum illud miraculam, quod refert Brantonus p. 299. globos plumbeos non potuisse corpus ejus laedere, ob appensum frustarum crucis dominice, ex auro effigiaæ crucis thecae inclutur.

(q) Buddetus in Lexico

(r) Buddeus in Hsq. hist. Theol. p. 412.

(s) Digna sunt verba Calvini, quae heic legantur: Hac præfatione ad ipsam causæ actionem audiendam, animum tuum præmolire suavi, aversum quidem nunc & alienatum a nobis, addo etiam inflamatum: sed cuius gratiam recolligere nos posse confidimus, si hanc nostram confessionem, quam pro defensione apud tuam majestatem esse volumus, placidus compo- susque semet legeris. Sin vero ita aures tuas occupant mala-

volorum furori, ut nullus sit reis pro se dicendi locus: impo-
tunae vero illae furiae, te connivente, semper vinculis, flagris,
equuleis, sectionibus, incendiis satriant: nos quidem velut oves
mactationi destinatae, ad extrema quaevque redigimur: sic ca-
men, ut in patientia nostra possideamus animas nostras &
manum Domini fortem expectemus.

(t) Muret. Orat. vol. I. 5. p. m. 52.

(u) Adam: Rechenbergii biss. Eccles. p. 370.

(w) Dicuntur a Seckendorfio in comment. biss: de Lutheran-
ismo Libr. III. sect. 13 §. 38 707. ha literae regis ita fuisse
conceptae, ut laudaret studium viri in sedentia altercationibus
religiosis, benignissime eum ad se invitaret, etiam oblatis obfidibus.
Petisse ex adverso Philippum moras itineris. Svalisse iter
non Gallos modo, sed & ipsum Lutherum, non dedisse verò
Eleborum commeatum, nec itineri annuisse, quod invidia ac-
molorum fallum fuisse suspicatur Melanchthon.

(x) Tegels biss. GUSTAV. I Libr. I. p. 118.

(y) Baylius in Lexico.

(z) Ila Davilam Italum, qui nimis fariisse Lutheranis &
reformatis Franciscum asseruit, refutat Mezeray: Qui
done faire & au & rigoureux edits pour l' etuffer, convoquer
plusieurs fois le clergé, assembler un concile provincial, depen-
sier à tout heure, des ambassades vers tous les princes de la
Chretienté, pour en assembler un general; bruter les heretiques
par douzaines, les envoyer aux galeres par centaines, & les
bannir par millénaires: dites nous, je vous prie, est ce ta permet-
tre, ou n'y prendre pas garde: sont ce des simples resolutions,
ou bien des effets? Citatus Baelio dans son dictionnaire
historique & critique tit: Francois I. (aa) In comment.
biss. de Lutheranismo Lib. III. sect. 13. §. 38 p. m. 104.
seqq.

§ IV.

Superstitione nimis doctrinis papisticis minime ad-
dictum fuisse FRANCISCUM, ex dictis patet, imo
ex inde etiam, quod Papæ brocardicum illud: *non
esse cum infidelibus pacta ineunda*, grandi supercilie con-
templerit. Cum enim felicitate & gloria domus Austris-
sae perpetuo pungente, fatigaretur rex (bb) foedus
cum imperatore Turcarum iniit. Attractus autem
ille in viscera Europæ, varias maris insulas & o-
ras vastavit, & ingentem hominum prædam sub
intolerabile jugum misit, more, quo cum Sarace-
norum captivis agere, Christianis principibus quo-
que soleat esse. Elle belli commercia, præcipue
verò servitudes, quæ non alia magis quam ista
occasione, in Turcia nostris aceidere solent, quam
maxime declinandas non negamus. Cur ve-
ro Magogum Turcicum magis quam Antichristum
Romanum timeamus, postquam cognationem,
quam natura inter omnes homines constituit, nul-
la religionum diversitas luctulit, certe non video.
Igitur justo longius procedunt illi, qui orania Chri-
stianorum cum infidelibus pacta vel ex hoc exem-
pli, rejicienda contendunt. Nam, si rite subducti
tuerint calculi, etiam ex illo foedere magnam ad
Christianos utilitatem redundasse certum est; pluri-
bus idem ratiociniis atque testimoniis, evincente
GRAMONDO (cc). Scilicet ab illo tempore pati po-
uisse Turcam, ut Christianorum cœtus miserentur
Muhammedanis, & cum iisdem libere agerent: loca

sacra CHRISTO & domesticis fidei illius frequentatae oculi, visitare permisisse: basilicas erigere: episcopos & sacerdotes habere: sacra publica instituere & per legatos denique suos rem communem Christianorum promovere concessisse, manifestum est. quam eandem principis & regni indulgentiam Lutheranos insimul expertos esse, occasione hospitii, quod in solo Muhammedano habuit REX noster gloriissimae memorie CAROLUS XII. & vi fœderis cum Constantinopolitano Imperatore initi, nostrum nemo est, qui non noverit. Cohærent vinculo solemni, puta socialitatis, orbis universi principes, omnes gentium civitates. Neque Christiana religio impedit, nisi jura humanitatis per eam sublata absurde autu-maveris, quin commercia & auxilia sibi invicem debeant populi omnes, atque gaudeant potestate hæc jura certiora & sanctiora reddendi per fœdera. Inextricabiles quoque saepe necessitates cogunt imperantes Christianos, nisi funditus interire malint, ad propitiandum sibi genium externalorum statuum, etiam adversus fidei suæ asseclas. In illo casu non tam subjectum paciscaens, quam objectum seu materiam, de qua pacisendum venit respicere oportet. Adeoque si, quæ actionem circumstant, momenta recte se omnia habeant, si nil legibus divinis adversum contineant fœderum capita, utpote de persequevendis & opprimendis innocentibus: si nihil puriori religioni inimicum complectantur, e. g. de cultu idololatrico in civitatem introducendo, certe religi.

religionis diversitas, nullam labem sanctioni foederum adsperrgere potest. Sunt foedera I. Naturæ liberrimæ dispositionis & denique adstrictissimæ obligationis, si de re nostra possibili inita fuerint. Illiciatum igitur omnibus esse debet hoc juris vinculum, & sicut universale & commune omnibus, ita, quominus ad infideles quoque extendatur, nullum prorsus dubium intervenit, aut si rem recte computaverimus, intervenire potest. Quid, quod illa juris civilis species, quam populo suo tulit DEUS, tantum abest, ut generatim talia foedera prohibuerit, ut ex adverso a viris sanctissimis illa esse percussa legamus, adeoque calculum Numinis indebitato tulisse. Nihil igitur obstat, quin possint Christiani cum infidelibus pacta iniire de non offendendo, de tuendis finibus, de commerciis, similibusque aliis. immo etiam de auxiliis mutuis, modo non illa verè fidelium ecclesia ducatur in periculum, & sola status ratio *non degeneris*, in pacatis his pangendis panctum omne terre audiatur. Sunt Christiani, quod pudet confiteri, in rumpendo naturæ & gentium jure, ipsis infidelibus multo saepe iniquiores. In quo casu, post tentatas in cassum vias elabendi alias, fidem implorare infidelium, impium & illiberale minus est contendum. Sed ad FRANCISCUM redeamus. Ad eum sigillatim & præcise quamvis nulla redundaret ex hoc foedere Turco utilitas, ob tactum illud tamen infamis & odiosus ab Austriacæ domus clientibus ubique reddebatur,

eur, præsertim ab illo genere hominum, qvi prætextu consecrationis & sanctitatis, stultitiae immunitatem sibi fieri postulant, & qvoties satis profunda latria non coluntur a régibus aliisque, satyram in illos impune exercere solent (d d). Igitur fœderis irreligious nomine solo, illi, qvorum intererat, tamam regis gratis proscriptebant; tantoqve illud a nobis fidentius asseritur, qvanto moneta Gallica illa, tempore eodem vulgata, quæque *Lunam Turcicam* ab unâ, & Gallici imperii insigne a parte altera præferebat, cum inscriptione: *Non contra FIDEM, sed contra CAROLUM, fœderis percussi indolem & scopum digito quasi demonstrat.* (*) Et qvis non novit *Austriacos* principes jam ante id tempus læpe misisse ad portam oratores suppliciter peti-
tum pacem, adqve pangenda in partibus infidelium, fœdera, ab iis, qvæ prælentis sunt qvæstionis, non multum abhorrentia. Papam ipsum, cum exar-
descerent bella sacra, Saracenos in fides, qvi sub illius signo militarent, concitasse, qvis nescit? Et *CAROLUS V*, si non prensavit hanc portæ Ottomanicæ amicitiam, qvod tamen factum fuisse ur-
gebat *FRANCISCUS*, certe cum *HENRICO VIII* Anglie rege post defectionem ejus ab obedientia pontificia, fœdus iniit, fœderatusq; Germanicæ protestanti-
bus evadens, Romam *Lutheranorum* ope expugna-
vit, & papam ipsum obsedit. Sed Lutherani &
Reformati, in catalogo hæreticorum & infidelium,
Vaticano Jovi non longe infra Muhammedanos col-
locantur. (**) (b b)

(bb) Quam avitae libertati Germaniae non olim modo, sed & hodie formidolosa, non dicam exitiosa sit Austriae, quae battenus regnauit, familia, nemini, praterquam fibimes, fida, Hippolitus a lapide pridem, nuperrime vero apologetus bellii, quod versus Hungariae principem, Borussiam rex apparat, satis apte demonstrat.

(cc) In bistoria Galliae Libr. III. p. m. 208 seq.

(dd) Inter alia vide in Baetii Lexico horrendam iuris jurandi formulam, qua esse eum usum in firmando hoc fædere, impudenter fingebant malevoli.

(*) Deckendorft. bistor. Luthesanistri Libr. III. pag. m. 474.

§. V.

NON in ceteris actibus, qui occurrunt in fabula & vitae scena FRANCISCI, tristior catastrophe ulla reperitur, quam cum fusis ad Paviam copiis, ipse captivus in Hispaniam duceretur. Ibi vix par fuisset superando dolori ex annua & duriori captivitate, nisi lectione librorum utilissimorum otii hujes ingrati desidiam levasset. Quid cum captivo rege fieret, diu deliberata res est, pugnantibus acriter in concilio Caesareo tribus fortioribus, sed ab invicem discordibus tententiis, quvarum prima episcopi Osmensis erat, qui demittendum FRANCISCUM svasit, sub conditione ducendæ in matrimonium, CAROLI tororis; quo beneficio Austriacam domum universam sibi immortaliter devinciret. Cancellarius Hispanici regni, GATTINARA, æternæ captivitati ad dicendum judicavit; tertio ducis ALBANI calculo atque judicio, restituendus quidem libertati esset, sed du-

durissimis conditionibus. Et haec ultima Cæsar is suffragium tulit. Dimititur ergo FRANCISCUS, postquam fuerat pactus, se ducatum Burgundicum Hispano cessurum, abdicaturum omnia sua in Mediolanum jura, Flandriam & Artesiam jure feudi saltim possessorum, sororem imperatoris ELEONORAM in matrimonium ducturum, ducem Burbonicum in gratiam recepturum, se denique daturum filios proprios, vel duodecim supremæ dignationis viros, obfides, donec impletæ fuissent omnes haec conditiones. Prudentius utique egisset CAROLUS, si aliam ex memoratis, sententiam elegisset. Nam in fœderibus vi extortis media via periculo non caret. Est antiqua, jam ab AMMIANO MARCELLINO instituta observatio, in extremis casibus icta fœdera, quamvis jurata, repetito iterum bello, soluta esse (ee). Prudentius HERENNIUS PONTIUS, cum interceptus esset Romanus exercitus ad Caudinas furcas, Samnitibus suis perivasit, eum esse vel delendum vel in columem dimittendum; tertium nullum consilium esse. Illam enim sententiam, ut dimitterentur in columes, & leges, iare belli, viatis imponerentur, eam esse, quæ neque amicos pareret, neque inimicos tolleret (ff). Hanc ultimam viam tamen eamque valde lubricam eligens Imperator, omnem victoriae fructum corrupit, quem, si liberaliori conditione dimisisset captivum, habere potuisset; adeo ut de CAROLO dici possit, quod in casu non multum dissimili TACITUS: *moa nrumque consilium aspernatur;*
q̄qd

quod inter *incipitia* est *deterrium*, nec ausus est satus,
nec providit. Quidquid sit, liberatus *FRANCISCUS*,
minimam partem promissorum implevit; adeoque
hoc in *casu*, oblitus videtur dicti illius, quod sae-
pius alias in ore habere solitus fuerat: *Etiam si*
fides tuto orbe exulares, tamen regibus tenendam esse, qui
ea sola, & de cetero nullo metu, cogi volunt.
(gg) Rejecit quidem in parlamentum culpam, qua-
si absque illius consentu, pacta in regni detrimen-
tum inire ipsi non fuerit licitum. sed fuisse, qvan-
tum in se, tamen obligatus ad extremum conatum
pacti, quamvis onerosioris sibi que parum utilis,
servandi. Licet enim tales actiones vi extortae,
soleant ad mixtas referri, proprius tamen spontaneas
quam invitas accedunt. Sed cum in proble-
mate proposito, puta pactorum *iniqua* vi extortorum,
utrum publicè servari debeant, diversum sen-
tiant politicorum plurimi, dicentes non esse *de-
mini* pro iubitu, sibi suæque domui, quæ justo ti-
tulo acquisiverit, derogare, eoque mercedem sce-
leri, stipendumque per solvere; & quod *FRANCISCUM*
attinet, utrum pactum migrando suum, jura gen-
tium violaverit, sententiam dicere ægre possit, qui
rationes belli strinqve gesti non ad ungues no-
verit, quæstionem illam non nostræ tractationis,
aliis discutiendam relinqimus.

(ee) Libr. XXV.

(ff) Liviis Libr. IX. c. 3.

(gg) Lansii *consultatio*, p. 379.

S. VI,

Sedit FRANCISCUS aliquando judex etiam in confrō-
versia dialectica. Ediderat PET. RAMUS institu-
tiones dialecticas & animadversiones in ARISTOTELEM,
in quibus cum ordinis & methodi tradendae intuitu,
suum sequutus est ingenium, factum quoq; ut ARI-
STOTELIS auctoritatem convelleret (bb). Perageba-
tur eo nomine ab invidis gloriae ejus, philosophicae
baerescos, & laesae maiestatis Aristotelicae reus in aula,
quasi ARISTOTELI dicam scribendo, theologiam & ar-
tes enervaret. Fuere vero primarii ejus adversarii
ANTONIUS GOUEA, JOACHIMUS PERJONUS, & postmo-
dum JACOBUS CARPENTARIUS. Commisla causæ
disquisitio PETRO DANEO & aliis theologis atque ju-
ris consultis, qui contra Ramum pronunciavere sen-
tentiam. Hanc confirmavit Rex, ut nimurum Ramus
ejiceretur in exilium, libriq; ejus igne perirent coram
collegio Cameracensi (ii). Eo usque v: seducebant
sophismatibus suis prudensissimum alias principem,
pontificis maximi philosophorum cultores, ut judi-
cio duro affligeret virum, cuius essent in ethica,
logica & mathesi, pro ratione temporum illorum,
merita perquam insignia, quicve ex pecuniis labo-
re suo conquisitis, fundaverat professionem mathema-
ticum, cui quotannis quingentos aureos impendisset.
(kk). Restituebatur tamen Ramus Gallæ, & regiae
professioni denuo admovebatur a filio rege HENRICO
II causam ejus agente Cardinali Lotharingico, sed in la-
bore Parisiensi per sicarios a CARPENTARIO emissos
mi-

milere periit, & sui nominis accessione numerum
martyrum philosophorum auxit.

(bb) Tantum is Logicae statuit premium, ut in praefatione diale-
ticae de sua artis opere hunc in modum loquatur: Archimedes
sphaerae & cylindri rationem, in cuius inventione vehementius
elaborasset, sepulcro suo incidi voluit: & quidem si de me,
digiti, studiisque meis interroges, sepulcri mei columnam ex
Logicae artis institutione desiderem.

(ii) Haec, inter alia, leguntur in regiae conera Ramum pro-
latae sententiae editio: Que te ait Ramus avoir été temérai-
re, arrogant, & impudent d'avoir reproché & condamné le
train & l'art de Logique recue de toutes les Nations, que
sui même ignoroit, & que par ce qu'en son livre des ani-
madversions, il reprochoit Aristotele son ignorance éviden-
tement connue & manifesté.

(kk) Confer. Morery dictionnaire & Stollii introduction. in
hisser. literarism.

§. VII.

Sed tempus est, ut favorem illum, quem literatis
exhibuit Princeps noster, jam considerationi sub-
siciamus. Neque enim purpuratorum hujus secu-
li moore, dignitatis splendore occoecatus, Mularum
cultores, velut faciem populi pessime habuit, & a
conspictu suo procul removit. Posidonii foribus fa-
ces submisit POMPEJUS. Egit non multo aliter GLI-
STAVUS M. Suetia rex, cum primogenitis filiis LUTHERI,
eorumq[ue] doctoribus, sui in tabernaculo militari copiam
faceret, & ad defendendā religionem, quam ad ma-
iores suos Viteberga transmisisset, hostis vero obscu-
rasset

rasset, in Germaniam seneat devenisse, dixit. Ut suam missiōnātē in planum magis ex animo demittere posset *FRANCISCUS*, *PHILIPPUM*, *LUTHERI* in eadem cathedra collegam, qvo sine tuco non major aliis, ē Germania, ceu modo diximus, ad se vocavit, *ARTUM GOUFIER*, juventutis suæ regem, ex effato & sententia *HORATH*, qvi eandem studiis, pro captu ætatis & seculi illius, imbuerat, opibus & honoriis supra mensuram fortis ejus cumulavit. Eadem rerum gravissimarum administrationem credidit, Delphinatus gubernationem, & ad Germaniæ principes diversos, legationes ipsi qvoq; obeundas demandavit. *FRANCISCUS* heroico grati animi signo isto *NERONIS* erga *SENECAM* præceptorem, mores exacte referebat, qvorum cum laude mentionem facit *TACITUS* (II). Utrum vero continentia animi, qvâ *SENECA*, restitui opes immodicas & in fortunam principis recipi easdem, petierit *FRANCISCI* pædagogus, nusquam scriptum invenimus. *JAC. CHOLIN'IM* & *PETR.* de *CHASTEL*, qvorum consortio, historiæ naturalis addiscendæ gratia, utebatur, variis beneficiis qvoq; affecit: posteriorem horum, episcopum *Maconensem*, magnum eleemosynarum Franciæ, & bibliothæ suæ magistrum constituens. Ad *ERASMUM ROTERODAMUM* propria manu literas dedit, & ad honestissimas conditiones eum invitavit. (mm) non alio magis instituto, qvam ut juventutem suæ gentis literariam in iis disciplinis præpararet, qvæ ornamentum nobilitatis sunt, & ad rem-

temporibus pulcherrimos fructus conferunt.
 Tantam literatis habuit fidem, ut iis in publicis le-
 gationibus uteretur. Concilium ejus privatum certe
 perlonis ecclesiasticis penes quos adhucdū erant lite-
 ræ, maximam partem constabat (*) Prolixum esset
 recentere, quot eruditos ille stipendiis lautis foverit,
 quot muneribus a se institutis literariis admoverit,
 quot ad itinera lauto viatico instruxerit, quotque
 demum amore, favore & familiaritate sua ornave-
 rit. Qui *VALERIUM M. Christianum* concrīpsit (**)
 efflatum in ore illud crebro habuisse testatur: *regno*
majus existere, regias opes, regio animo scire munifice elara-
giri: & nelcio certe, an principum aliis, si à CHRI-
STINA Svetiæ Augusta discesseris, fuerit, qui viros
literarum famâ inclitos ad te divertentes, magis fa-
miliariter acceperit, donisque, pro cuiusque digni-
tate affectos, magis liberaliter à te dimiserit. Ca-
*strorum & literarum mater dici illa meruit (***)*
FRANCISCUM literarum & castrorum *patri* elogio
 jam ante honestari meruisse, qui memorabilia pu-
 blicæ vitæ illius legerit, nemo ignorat. Doctos,
 quamvis imi Subellii, tanto amplectebatur patroci-
 nio, ut eos *filios suos* appellaret. Hinc magnati
 cuidam alapam scholari infigenti, dixit: *A quoi*
avez vous osé mettre la main sur l'un de mes enfans
(nn). Sed ut magni est momenti ad famam con-
 sequendam, gloriæ præcones, musas doctosque in
 honore habere, ita hic in literas & literatos *FRAN-*
CISCI favor eum reportavit fructum, ut in ore o-
 mnis

minium virtus ejus sit, & ad astabilitatem compositos mores illius æternitas temporum condecoratura fore videatur. Hinc passim apud historicos audit non parens literarum (oo) modo, quemadmodum jam ante diximus, sed & tempora, qvibus ille floruit, ob revocata in lucem civilia literarum studia, aurei seculi titulo rubroqve inscribuntur (pp). Verum non illas solum, qvæ sola mens perspicit, sed alias etiam artes publice utiles & sensibus lenocinantes mire fovit, cum magnam partem ædificiorum regiorum in Gallia a præstantissimis artificiis exstrui, & tabulis, statuis, tapetibus & mobilibus pretiosissimis exornari curaverit (qq).

(11) Annal. XIV. 54.

(mm) Seckendorf. Libr. cit. p. 141.

(*) Brantorus T. I. p. 238. G 282.

(**) Balthas. Exnerus VI. II. p. m. 236.

(***) Loccen. hist. S. G. p. m. 754.

(nn) Reinhardi theatrum prudentias elegantioris p. 723.

(oo) Thuan: Libr. III hist. p. 54.

(pp) Sammartanus Libr. I Eleg. G. g. Conf. etiam Gundling. hist. der gelehrbeit Cap. IV. pars. 2, p. 2263 Franciscus hat in Frankreich es weiter gebracht, ratione excedendarum litterarum, als ein grosser conquerans.

(qq) Morery grand dictionnaire historique art: Francois §. VIII.

Fuit FRANCISCUS ex eorum principum numero, quorum ingentes virtutes cum vitiis non minoribus, certaverunt (rr). Sic tanta fuit liberalitate,

38

esse, ut in prodigalitatem illa vergeret, & de eo diceretur, quod quenadmodum S. Franciscus istigata in manibus gereret; ita hic noster pertorcas eas haberet, quibus nihil contineri posset; immo verendum esse, ne plures adduceret ad paupertatem involuntariam & exosam, quam D. Franciscus ad spontaneam permovisset (ff). Pietatis & humilitatis cum dedit exemplū satis celebre, quando captus & in Hispaniam deducendus, Psal: CXIX. versum 71. ipse publice intonaret sibiique applicaret (ss). Magnitudinis & moderationis animi specimen, non simplici vice edidit. Cum civium & subditorum multi frequentia & præstitu majora tributa convitiis liberius proscinderent, tantum abfuit, ut in hanc licentiam, tanquam, læse majestatis crimen animadverteret, ut potius subridens, cum TIBERIO diceret: liberas esse debere civium voces, sibiique non displicere, ut pro suo, argento, quod vellent, loquerentur (uu). Porro cum sub venatione, in tuguriolo pauperis rustici regem non cognoscentis, ab hospite audiret, principem quidem bonum, sed domesticis nullius pretii hominibus, omnium fere rerum curam committere, aulicis suis postmodum dixit: se cum primum verum verbum, de rebus ad personam suam pertinentibus, audivisse (ww). Mira etiam celeritate negotia sua singula peregit, nec diu ulli loco immoratus est. Hinc cum, demortuo illo, CASTELLANUS, Matisconensis episcopus, laudationem funebrem ei habuisset, & in ea persuasum sibi esse dixisset, animam regis,

Vita

vita sanctissime actâ, protinus cœlo receptam esse,
nec expiatoriis ignibus eguisse, motam ideo a *Sorbonicis* controverliam oratori, ita diremit *JOH. MENDOZ*: Qvod *FRANCISCUM* optime novisset eo in-
genio semper fuisse, ut diu hærere ullo in loco
nunquam potuerit; neque ad purgatorium, alicujus
moræ facienda caufsa, eundem divertisse; sed tan-
tum ut vinum, illac transeundo, a pocillatore pro-
more degustandum acciperet (xx). Cum de-
cessisset *REX* ultimo Martii, 1547 & magnifica pom-
pa sepeliretur, præsentibus XI. Cardinalibus, ad
funus ejus magnificentum hoc elogium exclamatum
est: *Prince clement en paix, victorieux en guerre, PERE &*
RESTAURATEUR des belles lettres & des arts liberaux (yy).

(rr) Ita judicat Baelius in *Lex: Francois a été un de ces grands princes, dont les belles qualitez sont melez de plusieurs défauts.*

(ff) Reinhardus l. c. p. 1151.

(tt) Hübner *Histor. polit.* T. 2. in *vita Francisci*.

(uu) Casp. Ens. *Epidorp, Libr.* I. p. 32.

(ww) *ibid.* p. 33.

(xx) Seebachs *introductio in iuris & politices atrium* p. 701.
ex Thuano.

(yy) Morery l. c.

§. IX.

SUPEREEST ut *FRANCISCUM* cum æmulo & concer-
tatore principe, *CAROLO V.* conferamus & in di-
spari societate, paria utrinque studia, disperia tata
adspiciamus. Si quæ futuræ magnitudinis capi pot-
est

est conjectura ex nomine, pro ut importat utrumque hominem non obnoxium; ita de principum pri hoc ipso quoque praedicari, summo jure potest, quod alter non pareret: alter neque superiorum pati potuerit, Regio stemmate utrumque genitum voluit nascendi tors: Sed spem imperii neutri semet facere velle, ab initio fortuna simulavit. Aberant à diadematate Romano procul natales CAROLI: Imperii potiundi spes FRANCISCO, neque nisi e longinquo, apparuit. In id fastigium erectis, quamvis nisi in præceps, frustraneus omnis in altitudinem conatus esse videretur, adscendere tamen & plus ultra eniti uterque cœpit. Ambo parentibus maturè orbati fuerunt. Utrumque seculi, in quo nati erant, culpâ, nativitas secunda destituit. Ast vitium non nature illud, sed hominum, inflammato in literas & literatos ardore, utrique suppleverunt. Naturæ impetu CAROLUS juvenis, antiquitatis itinere & vocato sub examine mechanismo rerum ad gloriam eniti: FRANCISCIUS naturam ducem seqvi & foliis explicatis expositum opus illius penitus intueri satius duxit. Affectu in literas literatosque, modestia, affabilitate, liberalitate pares erant Fama & teli- citate bellica magnus erat CAROLUS, major si rebus secundis modum imponere licivisset: Ast me lior, judice TOURAINIO (zz) FRANCISCIUS, quod literis gloriam & vitam, quam pristina tempora exhauserant, restituerit. Qvæ bella non depascerent, in p̄s illes hic autem in publicos usus con-

vertit. *FRANCISCO* acte & vehemens ingenium: *CA.
ROLO* luctile & morarum patiens; hinc magis interdum flagrantii peccore ille, quam sinerent tempora: hic in consiliis cunctator, sed tempestivus erat. *CAROLO* erat grande ingenium & non omnium horarum: *FRANCISCO* cœli serenitas hilaritatem magis inspiraverat. In amoribus ille modum excedere visus: hic conjugem religiose coluit, castitatem non æque. Ambo quamvis protestantibus graves incubuerunt, partibus eorum nihilo minus favere aliis videri voluerunt. Scilicet cupiditatibus suis religionem uterque immolavit. Arma ad extirpandam hæresin ambo corripuerunt: sed non eodem uterque instituto. Adversus eam, quæ in membris grassabatur, enlem *CAROLUS* distinxit: Cum qui a capite diffunditur, periculosisimum morbum esse videret *FRANCISCUS*, illud ulcus tentari prius, neque nisi ab expertæ fidei industriae que medicis contrectari voluit. In itineribus, duplikato quamvis cursu, lassitudinem neuter sensit. Uterque latinæ lingvæ usum in foro & in curia iustulit. In bello utrinqve & ducis & militis partes implevere. Erat uterque acer & animi invictus. Utriqve maximæ opes maximarum rerum instrumenta fuerunt. Uterque cum divagatione aliorum, famam sibi parare regium existimabat. In eo magis præpotens *CAROLI* fortuna, quod virtute duce res magnas gesserit: futura luculentior, si non animu ejus statu suo extulisset identidem. Ast non minor *FRANCISCI* celeritas, qui fortunæ

manus nunquam dedit, velificando tempestatibus
 obviam ivit, donec suam, id est, reipublicæ navem
 in portum subducere posset. Suæ qvisque reipu-
 blicæ gravis erat. *CAROLUS* aperto marte civium
 suorum salutem evertere tentavit: *FRANCISCUS* ma-
 gis tectus, ut promptius servirent sui in odio gra-
 tiā assimulavit. Apertis domi forisqve machi-
 nationibus utriqve erant impliciti. Majore animo
 sua *FRANCISCUS* expedit: *CAROLO* incommoda qvæ-
 vis ad bonos eventus fortuna vertit. Fato necio
 qvo, *FRANCISCUS* in bello semper infelix erat. Sa-
 lubriter destinata hujus omni ratione potentior
 fortuna discussit: *CAROLO* vero, a fortuna quieto,
 facta tantum non omnia in gloriam verterunt; sed
 qvamdiu duraret florentis ætatis ardor, ejusqve
 votis se non opponeret, qvæ nunquam simpliciter
 indulget, *DIVA*. Igitur qvæ *CAROLO* ætate gravi vi-
 sa est tergum vertere: *FRANCISCO* magno natu pro-
 pitior aliquanto, placatiorqve accidit. De fide par
 dispar utriqve sensus. *Fide*, qvam sua sponte quis
 faceret, unumqvmqve stare debere, sensit uterqve.
 Qvæ contra rempublicam fierent, cum iis, qvæ con-
 tra auspicia fierent, loco uno eodemqve haberi vo-
 luit *FRANCISCUS*: *CAROLUS* in omni fide, etiam
 coaeta, religionem & constantiam inesse voluit.
 Titulis & imaginibus qvamvis splenderet inter-
 que: maluit tamen esse qvam videri *FRANCI-*
SUS: *CAROLUS* esse, sed idem quoq; videri voluit. (*)
FRANCISCO mater contigit machinarum artifex, con-
 siliarii & amici, qvibus confidebat, imprudentes
 aut

aut infideles: In *principe*, qvæ *CAROLUM* genuerat, contraria erant omnia; penes illos vero, qvi arcatorū arbitri erant: probitas, benevolentia & prudentia & omnia præsto erant. Ita vero, qvamvis *CAROLO* maxima ad manus esset omnia: potuit tamen eidem gloriole resistere *FRANCISCUS*, qvamvis esset alter ditionibus, argento & militibus insuper superior. *FRANCISCUS* sui unius regni viribus, iisdem que neque semper recte animatis bellum gessit; *CAROLUS* licet systematica duorum regnorum unionē munitus esset, nisi auxiliis undeqvaque lectis, tamen acie decernere non audebat. Metuebatur ergo ille magis, qvia adversus illum plures inibant fœdera: hic, qvia in societatem plures attraxerat, magis amabat. Retro labentibus rebus *FRANCISCO* gloriiosius erat, conservare regnum, qvam *CAROLO*, suffragante fortuna, non potuisse occupare Galliam. Denique quo minus illo tempore monarchia universalis aliqua in orbe existere & obtineri potuerit, laterum oppositu horum *principum*, decus illud utrinque ambientium, factum fuit. Hac ætate, qvâ iisdem nominibus, licet tub diversis periodis *GALLIÆ* & *GERMANIÆ* magna iterum facta est collisio, qvænam superior, triumphatâ altera, ex acie evadet, NUMEN decernet & stata dies non elonginqvō docebit.

(22) Gundl. Eur. staten 1. 2. (*) Rechenb. diff. I. p. 146.

SOLI DEO GLORIA.

